



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ habeant rationem pretij, ad constitueendum simoniam. Punct. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

pretij data pro re spirituali, eo magis, videtur vilipendi, & contemni ipsa res spiritualis, utpote quæ parvo pretio aestimatur. Et hac ratione in cap. ex tua, de Simonia, condemnatur clericus, qui sex cantum solidos pro sua presentatione ad ordinis dedit, in perpetua ordinis depositione, & monasterij reclusione: quæ peccata cum sit ita gravia non imponeretur, nisi ob peccatum mortale, & tamen quantitas data parva erat, vt expiatorie ibi notant, facit etiam eam placuit, & eam iudicet. 1. quæf. 1. Neque in contrario est cap. esti questiones de Simonia, ubi ratione modici pretij dati excusat quis à Simonia. Quia non excusat ratione modici pretij, si esset ex pacto: sed quia presumitur datum fuisse liberaliter; tum quia modicum: tum & piceipue quia fuit datum in necessitate, & inter fratres.

P V N C T V M II.

Quotuplex sit Simonia.

S V M M A R I V M.

1. Simonia alia est iuris diuini & naturalis, alia positivæ, & explicatur Simonia iuris diuini, & naturalis.
2. Explicatur Simonia iuris positivæ.
3. Deinde Simonia alia est mentalis, alia conventionalis, alia realis, & expenduntur.

1. Primo diuiditur simonia in eam, quæ est iuris diuini, & naturalis, & in eam, quæ est iuris positivæ: quam distinctionem ferè omnes admittunt cum Glossa, in cap. pridem, de Pâtri, vers. 1. cap. pâtri, & cap. ex part. 1. de officio iudicis deleg. ver. 1. distinet cap. saluator. 1. q. 3. vers. 1. iudicem, & constat ex aliis, quæ latè tradit Sua. lib. 4. cap. 2. & 7. Lessius lib. 2. cap. 3. ubi. & seq. Vocatur autem Simonia iuris diuini, & naturalis, quando aliqua res de se spiritualiter venditur, aut emitur, ut si venderes sacramenta, aut calicem consecratum pluris ob consecrationem; aut imagines, & alia benedicta pluris ob benedictionem: & in hac Simonia non potest Pontifex dispensare.

2. Simonia autem iuris positivæ est, quæ à sola lege Ecclesiastica otium habet: solet enim lex Ecclesiastica communationem terum spiritualium, hoc est beneficiorum prohibere: cap. quatinus, cap. cum clavis de rerum permutat. cap. cum pridem, cap. clerici de Pâtri, & cap. constitutus cum aliis de transactionibus ne permittantur labem simonia incurvant: item in cap. si quis Episcopus 1. q. 1. & cap. saluator. 1. q. 3. affirmatur esse Simonia vendere officium economin, vicedominii, aduocati, sacrificiæ, castaldi; que tamen venditur, ut bene dicit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 4. num. 26. non est contra iuris diuinum; quia sunt officia temporalia ordinata (solum ad tempora- lium administrationem) neque est in illis vila lanctio per consecrationem, aut benedictionem. Nam economus est, qui res Ecclesia, & canonistarum gubernat; vicedominus est economus terum Episcopi, aduocatus, qui causas Ecclesie tractans praet; castaldus est, qui alias dicitu[m] maiordomus, ut explicat glossa. Difficilis vero est; an hac Simonia iuris positivæ sit propria simonia? Affirmat Sua. & Lessius locis citatis. Negat Durand. 6. 4. dis. 25. q. 1. Scut. lib. 9. de iustit. q. 5. art. 2. anter respondentem ad argumenta, Victor. in relect. de Simonia, num. 15. & seq. Man. Rodig. tom. 2. sum. cap. 56. num. 2. & 3. Ego vero existimo cum Valent. tom. 3. dis. 6. q. 16. part. 5. à ver. secundo pag. 1667. & seq. fuit esse controversiam solum nomine; in primis enim negari non potest Ecclesiam suis praepceptis constitutis posse materialiter in reatu illius virtutis, qua cum habet aliquam connexionem, & similitudinem: hac enim ratione periculationem clericorum constituit in materia sacrilegi ob reverentiam ordinis, quo clericus est insignitus, & eodem modo pollutionem effusionemque sanguinis in Ecclesia ob loci reverentiam prohibita, scit ut effenter sacrilegia: ita similiter prohibens permutationem beneficiorum, venditionem officiū administratoris terum Ecclesiasticanum ob maiorem reverentiam terum spiritualium & ut omnis simonia species vitem constituit sancit hæc omnia in materia religionis, atque adeo efficit transgressionem illorum esse contra religionem. Quod vero talis transgressio constitutatur in propria specie Simoniae, ciudemque sit rationis cum Simonia iuris diuini. Hoc ego dice esse questionem de nomine. Certum enim est cum illa conuenientia aliquam habere, tum in materia videlicet in communione non gratuita; tum etiam in eo quod aduersatur eidem virtuti, scilicet religioni; tum etiam in penit. 3. Secundò diuiditur Simonia in mentalem, conventionalem, & realem; quæ diuisio communiter recepta, est à Iurisperitis, & Theologis. Mentalis est quando nullo pacto precedent, sed affectu animi spirituale donatur, ut temporale acquiratur, vel è contra v. g. si conferens aliqui beneficium,

intendat obligare illum ad reddendum temporale, vel è confira si conferens temporale, & intendat propter ipsum obligare illum ad reddendum spirituale. Vocatur autem hæc Simonia mentalis: non quia in actu exercitio dandi, & se bene adiutavit Valent. 2. 2. diff. 6. q. 16. part. 5. in principiis de Simonia: vbi cum datur beneficium, & licet & cap. intentione, & affectu dociditur simonia esse, & apud iudicem dividinam, qui est scrutator cordum debere puniri.

Conventionalis Simonia est, quæ mentali superadditam extensem conventionem: seu pactum; ex neutra tamen parte completem, vel saltem non completum ex vita parte, Navarr. cap. 23. numer. 103. Valent. dis. 6. quæf. 16. part. 5. vers. 6. nonandum pag. 1669. Ratio est: quia realis, & completa, perfectaque vendicio non dicitur, quoque contractus ex vita parte completeretur. Aduerte tamen, si solus pollicitationem feceris de pretio, si tibi daretur beneficium: neque alius pollicitationem acceptaverit, conventionalis simonia non committit: quia non est consentio, quoque promissio acceptata sit; sic Farinac. lib. 1. de c. 34. num. 4. & 6. vii alios refert. Realis Simonia dicitur, quando ex vita parte completetur contractus, ita ut ex una parte donetur spirituale, & ex alia premium, vel pars pretij. Vnde Simonia realis supponit conventionalis, & conventionalis supponit mentalis saltem ex natura rei; & scolula lege positiva.

P V N C T V M III.

Quæ habeant rationem pretij ad constituendam Simoniæ.

S V M M A R I V M.

1. Explicatur in genere, quæ res habeat rationem pretij.
2. Remissio debiti, aut remissio remittendi rationem pretij habet.
3. Item mutatio pecunia.
4. Deinde pensio, solvenda.
5. Rursus beneficij resignatio, collatio, aut permanentia. Sed hoc intelligendum est de beneficio non ipso iure vacante.
6. Quid dicendum, si in beneficij collatione petreius instrumentum de non resignando tale beneficium cum pensione?
7. Quid si petreatur, ut prius resignare habitum.
8. Oblegium beneficiary verò potest rationem pretij habere.
9. Preces, intercessiones, favores, & laudes sub pretio comprehenduntur.

1. Vt clarus essetia simoniae intelligatur, examinandum est premium ad ipsam acquisitionem: constitutum enim Simonia in emptione, & venditione, quæ ab aliquo re habente rationem pretij effici non possunt. Quæ vero res habebat rationem pretij? Respondet optimè Gregor. & doctores omnes in cap. sane nonnulli, & cap. ordinationes, cap. de ordinationibus 1. quæf. 1. cap. saluator. 1. quæf. 3. distinguuntque triplex donum, scilicet munus manu, munus ab obsequio, munus à lingua. Munus à manu est pecunia, sub qua comprehenduntur quidquid possidetur in terra ut dixit August. in cap. rōsum 6. 1. quæf. 1. Munus ab obsequio est obsequium praestitum Ecclesie, collatoris, electori, patrō, vel amicis eorum. Munus à lingua intelliguntur favores intercessiones, laudes, preces, &c. Omnia autem hæc possunt esse premium in spiritualibus, & sufficiunt ad simoniæ constituant, ut constat ex cap. esti questiones, cap. sua nos, cap. in tantum de Simonia.

Neque obstat. item premium, insit. de emp. & vendit. vbi declaratur non esse propriè emptionem, & venditionem, quando, vna res pro alia commutatur non intercedente pecunia: quia non est maior ratio, quæ vna potius, quam alia habeat rationem pretij. Non inquam obstat, quia ubi loquitur I.C. inter communationem retum eiusdem ordinis. Secuunt vero est dicendum, quando temporale datu[m] in computatione rei spiritualis: tunc eum temporale propter afflictionem cum pecunia habet rationem pretij, potius quam spirituale. Adeo ad Simoniæ sufficiere contractum esse onerulum, et propræ emptione, & venditione non intercedat, ut ex dictis; & ex dictis constabat.

2. Sed ut doctores doctrina elucideat, place declarare aliquæ, in quibus dubium esse potest; an sufficiunt ad premium constituant, ac proinde ad simoniæ?

Primum igitur comprehenduntur sub manu à manu remissio debiti, aut promissio remittendi debitum: tenet multis allegatis

allegatis Flamin. Parif. lib. 14. de resignat. benef. q. 7. num. 31. & num. 71. & constat ex cap. talia. 8. q. 3. & ibi Glodio: & exprefit supponitur in cap. veniens 10. de tefibis, & ibi Golla Panorm. & alij. Quia ratione in cap. penult. de Simonia, tam ordinans, quam ordinatus suspenditur; eo quod pertinet ordinans ab ordinando promiffionem nihil ab eo possumus in debiram sui fuftentationem; eo quod finis titulus ordinaverit: & de ordinato habetur exprefit cap. per tuas 3. de Simonia. Ratio est: quia Epifcopus ordinans vel praefensans aliquem ordinandum sine titulo, tenet ad alendum illum: ut decidit cap. cum fecundum de Prabendis. Ergo si perit hanc obligationem fibi remitti, petit aliquid pietiose astimabile, ac proinde sufficiens ad simoniam.

Ex hac doctrina infere Nauar. in summa cap. 27. n. 15. S. declaratio prima & Suar. lib. 4. de Simonia. c. 38. n. 15. confituentem ex bonis propriis alicui ordinando titulum seu patrimonium, si ab illo recipiat promiffionem de nihil poftulando, committete simoniam ultra peccatum indebita ordinantis, cuius est participes: quia media remiffione debiti constituit tibi titulum ad ordinis, sicut patronus praefentans ad beneficium, si promiffionem petet non petendi redditus, absque dubio esse simoniacus. Verum contra sententiam est cum Cardin. Toler. lib. 1. sum. cap. 48. n. 10. cuius fundamentum est non quia remiffio debiti non sit minus manu sufficiens ad constituentiam simoniam: sed quia datio patrimonii non est quid spirituale, nec proprii ad ordinis praefentatio. Vnde num. 12. in fine, dicit ita fuisse determinatum in sacra penitentia, scilicet non incurrere simoniam, qui ordinatus accepto patrimonio, & facto pacto de illo alienando, vel relinquentendo, &c.

3. Secundum sub munere à manu comprehenditur mutatio pecuniae. Quapropter qui beneficium, vel aliam rem spiritualem tribuerit sub conditione pecuniae mutuanda, abque dubio simoniam committeret tam dans, quam recipiens. Et idem est, si peratus diajito debiti ex iustitia solvendi hic, & nunc; vel è contra, si peratus debiti solvito, antequam debatur: quia hæc mutationes aequaliter, immo nihil aliud esse videntur. Ratio omnium est: quia elio mutuum non sit specialiter pietiose astimabile: negari ramen non potest esse quodam tempore commodum sufficiens ad mouendos animos: vt notat Bald. in leg. quinque. Cod. si certum petatur, ubi exilio puniri, qui mutuari iudici, quia caefat quaf empior legum propter efficaciam quam haber ad animos contumulos. Idemque tradit in leg. 1. ff. Calumnatoribus. Ergo petere hoc communis temporale in communicatione rei spiritualem sufficiens omnia est ad simoniam: cum in datione rei spirituialis omnis pactio, omnisque conditio, que de iure non inest, abesse debet, ut constat ex cap. ultima de Pactis, & alio, & ita pro certo supponit Nauar. c. 25. num. 101. in fine, & conf. 1. 4. num. 6. de Simonia. & conf. 23. n. 2. Vgolin. tab. 1. cap. 9. §. 5. n. 2. Less. lib. 2. cap. 10. dub. 9. Suar. lib. 4. de Simon. c. 38. n. 7. Mol. tract. 2. de insit. lib. 310. Squaroa ultimum pag. 372. Flamin. de resignat. benef. som. 2. lib. 4. q. 7. à n. 2. & tract. de confidentia, q. 36. Nicolaus Garcia 11. part. de benef. cap. 3. num. 171. & seq. Azor. 2. p. insit. moral. lib. 7. q. 2. & frag. 2. q. 78. art. 2. pag. 683. Man. Rodriguez. som. 2. sum. vers. Simonia. cap. 59. num. 3. in secunda conclusi. Nequè oblati viuam non esse, si pecuniam mutuans petat, ut fibi triticum mutuatarius remutetur iuxta cap. 1. de Viu. & docet Suar. som. 1. de Relig. lib. 4. de Simonia. cap. 37. num. 16. fine, cum D. Thom. 9. 79. art. 2 ad 4. & cap. 28. n. 7. Less. lib. 2. cap. 20. dub. 8. in fine. Quia in huiusmodi casu ideo non est viuam; quia non petis commodum aliquod diuersum ab eo quod ipse praefas. At in largitione rerum spirituialium, cum maxima putias requiratur, venire non possunt commoda temporalia in permutationem; immo, quo minus estimabilis sunt, idco videtur grauior irreverentia spirituitalibus interrogari admittendo commutationem, & permutationem viuam cum alio vt recte Suar. suprad. Adiuverit tamen hæc omnia intelligenda esse, quando datur mutuum ex pacto, & conditione, vt detur beneficium: securus vero quando liberaliter datum ad benevolentiam captandum, vel ingratitudinem beneficij accepta, siue hoc sit ante, siue post, sive in ipsa beneficij collatione, ut notarunt Flamin. & Garcia suprad. & infra lacus dicemus.

4. Tercio sub munere à manu comprehenditur pensio solvenda: quia est quædam promiffio pecuniae solvenda. Quocirca si Epifcopus (& a fortiori est de quolibet alio electo) conferens alicui beneficium conuenienter cum eo, vel cum alio tertio de admittendo pensione fibi, vel alteri alii non collatus non est dubium ibi intercedere simoniacam præcipitatem, ut constat ex ult. ut Ecclesiast. benefic. sine diminut. confitetur. Nam licet Epifcopis licet ad tempus pro causa iusta, & necessaria beneficij Ecclesiastici pensionem imponere, ut constat ex Supradicto cap. & ex cap. si propter de Rescript, in 6. ex Clement. 2. de rebus Eccles non alienand. ubi glossa veterbo defensor, nunquam tamen licet in largitione beneficij expostulare confitentiam de admittendo pensione, & sub grau-

Ferd. de Castro 29m. Mor. Pars III.

mine conferre, quando beneficium ipsum gravatum non erat, ut docet benè Flamin. libr. 6. de resignat. q. 2. num. 3. & Suarez lib. 4. cap. 38. numero 10. & ratio est: quia præsumitur ibi esse injuriam pactionem, cum confitens eius, cui dandum est beneficium, necessarius non ad reservationem pensionis: quia ipfmet Epifcopus potest causa iusta, & necessaria intercedere referare fructus beneficij vacantis, vel patem eorum. Video tamen nullam pensionem impolitam ab Epifcopo sine confirmatione Pontificis: vites obtinet: quia est latius probabile per non viam facultatem amissibile: tenet absolute Valent. 2. 2. disput. 6. q. 16. p. 3. in fine, Ludovic. Lop. instru. 1. p. cap. 303. post Sotom. lib. 9. quest. 7. art. 2. Toler. summ. lib. 5. cap. 62. in fine Zecchius de benefic. & pensionib. cap. 11. num. 2. in fine. Ledeim. 2. par. summ. tract. 12. conf. 20. & 21.

Huc spectant varij casus, quos tractat Nauar. in variis confit. de Simon. ut conf. 47. de illo beneficij praefitore, qui cum aliquo curiali conuenit, ut fibi auxilium ferat ad beneficium obtinendum, sub conditione soluendi illi pensionem 3. & in conf. 47. de alio: qui cum auleo paferit, ut fibi de vacanibus beneficiis itam notitiam præbeat promittens se conservantum pensioni imponendæ in favorem eius. Quia promiffione pensionis paratur via ad beneficium. Vide alios casus apud Flamin. de resignat. lib. 14. q. 4. à n. 5.

5. Quartu sub munere à manu comprehendendi erit potest beneficium propter temporales annexum: docet cum communi Sylvest. verb. Permutatio 2. quest. 7. & 13. Nauar. conf. 43. de Simon. Suar. lib. 4. cap. 31. num. 14. Vnde si in collatione aliquis res spiritualliter petatur permutatio, aut resignatio aliquis beneficij, absque dubio committitur Simonia, faletem ex iure Ecclesiastico, quia non sollem habet verum, quando petetur permutatio, & resignatio in favorem tertie personæ, iuxta cap. de Soc. de Simonia, cap. cum pridem, cap. ultim. de patu, sed etiam quando absolute petitur celsio beneficij absque signatione personæ. Quod ut plene intelligatur sciendum est aliqua esse beneficia raliter incompatibilia, vt uno obtinet, varet alterum ipso iure, vt si habebas beneficium cum cura animarum, dignitatem, personatum, vel officium, & accipias secundum huius generis, obtenta pacifica possessione secundi vaca primum; ita habetur cap. de multa, Prabendis, & clarus in extrinsecus execrabilis eodem. Idem est de prabendis vinofloribus sub codice testo, ut parca cap. listern 9. de concess. prabende, ut duo canonici, quare si habebas unum canonicum, & obtinebas alium per pacificam possessionem in eadem Ecclesia vacabit prior. Reliqua veid beneficia etiam residuum postulanta non vacant ipso iure per obtentionem, & possessionem pacificam secundi, sed veniam vacanda. Non enim canonicus vacat ipso iure obtenta parochia, aut dignitate, alia extra Episcopalem neque parochia, aut dignitas, obtento canonico, aliquo beneficio simplici: quia nullum iure id causum est ita Nauar. lib. 3. conf. 29. de Prabendis, Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 17. num. 144. ius positus.

Dicendum est si aliqui conferatur beneficium incomparabile omnino cum eo quod habet, & petatur ut relinquat prius, Simonia non est: ita Abbas in cap. significasti de elect. in 6. glossa cap. ad audienciam tom. de Rescript. vers. renunciantes. Vgolin. de Simon tab. 1. cap. 11. num. 4. Nicol. Garcia som. 2. de benef. p. 8. cap. 2. num. 22. & 28. Ratio est: quia hæc conditio de iure inest neque ab illo petitur, quod ipse præstat non teneat. Secus vero si petetur, ut relinquat prius ante cap. secundi possessionem, ut dicemus. Et idem est si petetur, ut relinquat liberet alium habitum vel in favorem alium, quod tamen non vocat ipso iure, quia tunc expolitatur aliquod onus, quod de iure non inest; ac proinde inducit simoniam ita Garcia alius relatis *supradicti* 17. 24. & est communis sententia. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, quando darut beneficium sub eo onere, & conditione, ut resignet aliud: lecus vero si resignatio non petetur, ut obligatoria. Quocirca Manuel. Rodriguez. c. 64. n. 2. sum. cum Nauar. lib. 5. conf. 11. de Simonia conf. 25. distinguunt in eo, qui patrōnō habentius præfendant ad aliquam præbendam pingue, offertet beneficium simplex ea conditione ut ipse præfentetur ad talēm præbendam: an scilicet fiat ea conditione principalis, & immediate proper ascencionem beneficij, an vero fiat tanquam causa impulsiva, & motiva, hoc est ad mouendā voluntatem, & illum inclinandum ad talēm præfensionem: si hoc secundo modo fiat, affirmat simoniam non esse.

6. Hinc deciditur quæſtio, quam tractat. Nauar. conf. 1. Ut Ecclesiast. beneficij; Videlicet, an ordinarius in collatione beneficij exigere posse a collatoris iuramentum de non resignando illud cum pensione, neque in favorem aliquis, sed liberet? Cui questione respondet negatiue Nauar. *supradicti*, & Flamin. Partibus de confid. quest. 52. & Vgolin. tab. 1. de Simonia cap. 8. §. 3. num. 2. & addunt Nauar. & Flamin. tale iuramentum si apponatur nullum effe leui posse collatorum, sed obstante eo resignate beneficium cui voluerit, & cum pensione, &c.

D d 3 Verum

Venit Nicol. Garcia de beneficio. tom. 2. 8. p. numero 33. 34. & 35. & seq. distinguuntur, aut iuramentum exiguntur ante collationem beneficii; aut beneficium conferatur cum onere praestandi per se modum dictum iuramentum: Si hoc secundo modo fiat affirmari committi simoniam; quia iam datur beneficium cum onere, & pacto, quod de iure non inest: contra decisionem cap. quam pro 1. q. 2. cap. Atoldus 8. 9. 3. cap. fin. de pactis cap. tua nos de Simonia: Si vero iuramentum ante collationem exigatur, non videatur ibi committi simoniam; quia non petunt aliquid, quod in utilitate collatoris, aut alterius directe cedat. Hoc tamen ratio non est efficax; nam siue iuramentum post collationem, sive ante praetextum, eodem modo cedit in utilitate collatoris; ac proinde si in vno casu commitmentum Simonia, etiam in alio. Addo si alicui conferetur beneficium curatum cum onere ut resignatur liberis simplex, omnes admittunt committi simoniam, esto resignatio non cedet in utilitate confertentis beneficium, aut alterius directe. Et ratio est: quia petunt conditione aliqua in collatione beneficij, quae de iure non inest, & quae de se est onerosa: igitur cum iuramentum de resignando beneficio libertate, & sine pensione, easu quod debet resignari, de iure non insit beneficio accipiendo absolute videtur committi Simonia: ita vt probabilius defendo, esto Man. Rodrig. 7. 2. sum. verbo Simonia c. 6. o. n. 4. & Cordub. in sum. 9. 3. contra teneantur.

7. Idem si fortiori existimo, in caulo quo Episcopus intendens nominare, seu conferre parochiale alicui oppositoribus habentiam parochiale, petierit ab eo, vt prius dimittente et parochiale, quam habet. Nam si dimittens ea conditione resignaret, vt sibi Episcopus secundum parochiale concedat, aut ad illam nomine, absque dubio est Simonia, cum pro collatione, seu nominatione ad beneficium aliquid faciat, ad quod de iure non tenetur. Et idem est, si resignatio fieret falso iure hoc est si non assereretur secundum revertetur ad primam. Secus vero dicendum est si liberis, & sine vlo pasto, & conditione tacita, vel explica fieret resignatio (quod credendum non est) ita tradit Garcia tom. 2. de beneficio p. 8. cap. 2. num. 46. & seq. & adhuc constitutum in sacris, neque habentem aliunde, vnde sustentari possit, vlo modo posse eiā liberis, & sine vlo pasto resignare primam, quoque obtinet secundam, & maxime si ad titulum primae ordinatis sit ex decreto Concilii de reformat. sess. 21. cap. 2. & ex constitutione 58. Pg V. Ex dictis infero generaliter quilibet obligamen onerolam esse sufficiens munus à manu ad inducendam simoniam. Vnde si aliquis daret rem spiritualem ea conditione ut in matrimonium diceret confidirinam, est simoniacus: ita Tolent. c. 90. n. 3. Et ratio est: quia iuritualia ab omni pacto debent esse aliena cap. fin. de pactis & alii.

8. Manus ab obsequio ut distinguitur à munere à manu nihil aliud est quam obsequium prælitum per proprium personam: quod autem hoc obsequium sufficit ad premium testitum in Simonia admittunt doctores omnes: Et ratio est manifesta; quia pecunia compensari solet. Ex quo fit, si elector, aut collator alicuius beneficij intendat ipso beneficio solvere debita iustitia contracta ratione obsequij esse Simoniam. Exemplis declaro. Episcopus habens Vicarium, aut visitatorem, cui tenetur singulis annis salarium tribuisse, nec tamen tribuit, si postea conferens illi beneficium, intendat ab omni illo debito liberari, et simoniacus. Idem est si det beneficium ea conditione, vt beneficiatus grammaticam, geometriam, aut aliam doceat scientiam ipsum Episcopum, vel quodvis aliud obsequium præferat beneficio minime annexum, vt dicere aliquas missas, recitare aliquas orationes, promouere negotia, &c. Quia omnia probantur, ex cap. cum effient de Simonia: vbi promillio eidem facta de beneficio illi praestando, si negotium quoddam promittentis in Romana curia promoueret, simoniaca censeatur: & ita latissime tradit Suarez lib. 4. cap. 39. à num. 5. & numero 12. & Man. Rodrig. verbo Simonia cap. 39. num. 9.

Neque obstat c. significatum de Præbendis, vbi Episcopus cum capitulo appulerunt præbenda vacantes, ut qui ad illam eligetur, misere de sancta Maria quoniam dicere: nam ibi nullum sive padum cum electo celebratum, sed ipse met Episcopus, & capitulo, quibus potest erat onus illud apponendi, apposuerunt illud, & onere iam posito manifestum eligo in quo nulla esse potest Simonia.

8. Tandem de munere à lingua dicendum est. Dixi preces, intercessiones, favores, & laudes sub munere à lingua comprehendti: quia haec pretio assimilantur si in communiationem rerum spiritualium exposuissentur: & in hoc sensu possum esse precia Simonia. Explico. Præsentes in beneficium famulum alicuius principia conditione, vt te apud principem lauder, vt sic posses ad pinguiorem Ecclesiastis denuncie, committis Simoniā: ita expedit Soto cum Dño Thom. lib. 9. quaest. 7. artic. 3. & quodsi. Idem est, si nolles conferre beneficium alicui, nisi ipse, vel facias: vt persona aliqua nobilis, quem desideras obligatum habere, à te petat: est enim talis gratia, & favor à te expostularis pretio assimilabilis, & insuper

eligo imponitur onus, quod de iure non inest: se Suarez, libr. 4. de Simonia cap. 40. num. 13. & hoc doctrina habeatur expressè in cap. sunt. nonnulli 1. q. 1. vbi de illis, qui lacros ordines pro humana gloria largiuntur, discutit, hi similes quod gratis acceptum est gratia non tribuant; quia de impietate officia sanctitatis munus exceptum favoris.

Quod si preces, & commutationes non offerantur in confirmationem spiritualium, sed ad infestandum animos ipsius tunc habent rationem pretij, & manifeste constat ex cap. tua nos de Simonia, vbi de eo, qui rogarunt humiliter, vt in canonice admittentur, subditur fieri posse abque scapulo simoniacae prauritiae. Ita explicat hanc Doctrinam D. Thom. 2. 2. 9. 100. art. 5. ad 3. Victor. refect. de Simonia à numeris 34. Soto de iustis libr. 9. q. 7. articul. 3. Nauar. cap. 23. numero 102. Flamin. cum aliis libr. 14. de resignat. q. 7. numero 12. Suar. lib. 4. cap. 40. n. 2. & seq. Gregor. Lop. leg. 4. titul. 17. part. 1. vers. de Simonia. Tolent. lib. 5. c. 84. n. 5. Man. Rodrig. tom. 2. verbo Simonia. c. 5. n. 7. & Valent. diff. 5. q. 16. p. 3. vers. quarto sequitur pag. 1648. Ait namque, dat beneficium proper piecres, aut consanguinitatis resolutio, in aliud commodum tempore tanquam in premium non est Simonia.

Ex iis explicatur Texus in cap. Nemo 14. de Simonia, vbi prohibetur penitentiam ad reconciliationem adducere vel ab illa removere gratis, vel favore & subditure; quia simoniacum est virumque intelligi enim debet de gracia, vel favore expostulato in confirmationem, & recompensationem doni spiritualis. Quod vero in illo cap. indicatur familiaritatem, aut consanguinitatem esse sufficiens premium ad Simoniam indocendam, si proper illa de tur beneficium, explicari debet de familiaritate, & consanguinitate expostulata in recompensationem. Quod non potest habere verum, nisi in caulo quo consanguineum beneficium consanguineo, intenderet consanguineum obligare ad consanguinitatem, vel familiaritatem, quae in eo ipsis est manifestandam. Verum si de tur beneficium consanguineo: quia consanguineus est, & familiaris: nullo modo esse potest premium simonia: quia ibi confersens beneficium nihil expostulat: et tamen virtutum acceptio personam si consanguinei minus digni: alii dignioribus praferantur: ita tradidit D. Thom. supra art. 5. ad 3. Contraut. lib. 1. var. 5. n. 4. Flamin. de resignat. lib. 14. q. 7. n. 9. Suar. lib. 4. cap. 37. numero 6. Valen. Man. Tolent. & alii super relati.

P V N C T V M . I V .

De contractu emptionis & venditionis requisite ad Simoniam.

S V M M A R I V M .

1. Proponitur dubitandi ratio contractum necessarium esse.
2. Ad simoniam iure naturali prohibitum necessarium est contrarium onerosum.
3. Si spirituale principalius detur ob munera, est obsequia temporalia, an si Simonia? Resolutur, si pauperrim terrenus, fecit illo secundum.
4. Donatio temporalis cum obligacione, est pretio dandi spirituale non constituit contractum simonicum ex natura rei.
5. Debet procedere contractus Simoniae naturalis, est diminuta ex voluntate communisurandi temporis cum spiritu.

1. Explicimus quae possunt in emptione, & venditione rerum spiritualium fortior rationem prece. Rerum explicandum quid requisitum sit, & sufficiens ad constitutandam emptionem, & venditionem.

Ratio dubitandi est: quia dari potest pecunia proper spirituale consequendum abque labore simoniae, vt contingat in eis, qui donis, munibus procurat animum conferens spirituales ad se infestare: & in famulis qui Episcopo seruum proper beneficium, quod consequi sperant: alii non tenuntur: in omnibus abque scrupulo alii: videtur dati pecuniam non gratis, sed cum obligatione dicendi sacrificia, ministrandi sacramenta: & tamen sacramenti administranti, & Missa celebranti non obinde simoniacae censemur. In quo ergo sit natura huius contractus emptionis, & venditionis?

2. Respondeo, & dico primo emptionem, & venditionem requisitum ad simoniam ex natura rei necessario debet esse contractum onerosum: quare si gratis, & abque aliquo obligationis legalis impositione detur pecunia, & quodlibet aliud donum, simonia non est: & hac ratione excusat doctores famulorum inferuentium Episcopo ferre abque aliquo stipendio: quia medio illo obsequio gratis, & abque patendo exhibito intendit conciliare animum sui dominii, vt de be